

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST

Leto 1925.

Ljubljana, 5. marca 1925.

Štev. 2.

14.

SEZNAM PETLETNIH ŠKOFOVIH FAKULTET.

Sv. konzistorialna kongregacija je z edlokom z dne 24. januarja 1924 podelila prevzvišenemu gospodu škofu ljubljanskemu sledeče fakultete, ki bodo trajale do konca leta 1928:

Ex S. Congregatione S. Offieii:

1. Concedendi, non ultra triennium, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, libros quosecumque prohibitos et ephemerides, non exceptis operibus haeresim vel schisma ex professo propugnantibus, vel etiam ipsa religionis fundamenta evertere nitentibus, iis christifidelibus sibi subditis, qui eorumdem lectione, sive ad effectum eos impugnandi sive in sacri ministerii vel proprii munera honestorumque studiorum subsidium, vere indigeant; exceptis operibus de obscoenis ex professo tractantibus.

2. Pariter concedendi sub eadem temporis duratione, adolescentibus utriusque sexus, qui in publicis scholis, studiorum causa, versari debent, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia, ut supra, ne ad aliorum manus perveniant, libros prohibitos, quos laicæ potestatis imperio, vel ex necessitate studiorum, præ manibus habere coguntur, quamdui in ea sint necessitate; exceptis tamen operibus de obscoenis ex professo tractantibus.

Adnotandum. — Utraque recensita facultas Ordinariis conceditur per se ipsos exercenda, seu nemini deleganda; et graviter onerata ipsorum conscientia super reali omnium memoratarum conditionum concursu.

Ex S. Congregatione de disciplina Sacramentorum:

1. Dispensandi iusta et rationabili ex causa super matrimonialibus impedimentis minoris gradus quae in Can. 1042 recensentur, nec non super impedimentis impedientibus de quibus in Can. 1058 ad effectum tantum matrimonium contrahendi.

2. Dispensandi ex gravi urgente causa quoties periculum sit in mora et matrimonium nequeat differri usque dum dispensatio a Sancta Sede obtineatur super impedimentis maioris gradus infra recensitis:

a) censanguinitatis in secundo aut in tertio cum primo mixtis, dummodo nullum exinde scandalum aut admiratio exoriatur;

b) consanguinitatis in secundo lineae collateralis gradu;

c) affinitatis in primo lineae collateralis gradu aequali vel mixto sum secundo;

d) publicae honestatis in primo gradu, dummodo nullum subsit dubium quod coniux esse possit proles ab altero contrahentium genita.

3. Dispensandi tempore et in actu Sacrae Pastoralis Visitationis aut Sacrarum Missionum, et non ultra, super omnibus matrimonialibus impedimentis supra memoratis cum iis qui in concubinatu vivere reperiuntur.

4. Sanandi in radice matrimonia nulliter contracta ob aliquod ex impedimentis minoris gradus si magnum adsit incommodum requirendi a parte ignara impedimenti renovationem consensus, dummodo tamen prior consensus perseveret et absit periculum divortii; monita tamen parte conscientia impedimenti de effectu huius sanationis et debita facta annotatione in libro matrimoniorum.

Adnotanda. — 1. Ordinarius recensitis facultatibus, sive per se sive per alias idoneas ecclesiasticas personas ad hoc specialiter deputandas, uti poterit in matrimonii contrahendis et nulliter contractis cum suis subditis ubique commorantibus et aliis omnibus in proprio territorio actu degentibus, facta in unoquoque casu expressa mentione huius apostolicae delegationis ad normam Canonis 1057.

2. In usu earumdem facultatum p[ro]ae oculis habeantur quae in Can. a 1048 ad 1054 statuta reperiuntur.

3. Ordinarius in fine cuiuslibet anni, per tramitem S. Congregationis Consistorialis, referat ad Sacram Congregationem Sacramentorum de numero et specie dispensationum quas vigore praesentis Indulti Ipse fuerit elargitus.

Ex S. Congregatione Concilii:

1. Reducendi per quinquennium, ob diminutionem reddituum, perpetua missarum onera ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, quoties nemo sit qui de iure teneatur et utiliter cogi queat ad eleemosynae augmentum et sub lege ut de Missarum ita reductarum satisfactione a singulis celebrantibus Curia dioecesana quovis anno legitime doceatur.

2. Transferendi per quinquennium intra fines dioecesis onera Missarum in dies, ecclesias vel altaria alia a fundatione statuta, dummodo adsit vera necessitas nec divinus cultus idcirco minuatur aut populi commoditati praeiudicium inferatur, exceptis tamen legatis quae in certis locis adimpleri facile possunt per eleemosynae augmentum, et cauto ut de translatarum Missarum satisfactione quovis anno Curia dioecesana a singulis celebrantibus legitime doceatur.

3. Transferendi per quinquennium exuberantia Missarum onera etiam extra dioecesim, cauto tamen ut quam maximus Missarum numerus intra fines dioecesis celebretur atque adamussim serventur praescripta Codicis Iuris Canonici circa cautelas adhibendas in Missis comittendis.

Ex S. Congregatione Religiosorum:

1. Dispensandi, ad petitionem Superiorum, super illegitimitate natallium ad ingrediendum in Religionem, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, dummodo ne agatur de prole sacrilego commercio orta, et dispensati ad munia maiora ne elegantur iuxta praescriptum can. 504.

2. Permittendi celebrationem trium Missarum de ritu in nocte Nativitatis D. N. I. C. in ecclesiis Religiosorum non comprehensis in can. 821 § 3, cum facultate pro adstantibus ad S. Synaxim accedendi, ita tamen ut dictae tres Missae ab uno eodemque Sacerdote celebrentur.

3. Dispensandi super aetatis excessu pro admittendis ad habitum religiosum, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, audita in singulis casibus Superiorissa Generali vel Provinciali atque praevio

earum consensu et respectivi Consilii, dummodo postulantes aetatem 40 annorum ne excesserint et polleant caeteris qualitatibus requisitis.

4. Dispensandi super defectu aetatis canonicae ad S. Ordinem Presbyteratus, non ultra sexdecim menses, etiam pro Religiosis exemptis, dummodo a suis Superioribus litteras dimissoriales acceperint et quatenus ordinandi ceteras qualitates habeant a SS. Canonibus requisitas et praesertim curriculum theologicum expleverint ad normam Canonis 976, 2^o Codicis I. C.

5. Dispensandi super dotis defectu cum Monialibus et Sororibus in toto vel in parte, dummodo status oeconomicus Instituti detrimentum ne patiatur et postulantes talibus sint praeditae qualitatibus, ut eas magnae utilitatis Instituto fore certa spes habeatur.

6. Confirmandi Confessarium ad quartum et quintum triennium, dummodo maioris partis Religiosarum, convocatis etiam iis, quae in aliis negotiis ius non habent ferendi suffragium, consensus capitulariter ac per secreta suffragia praestandus, prius accedat, proviso pro dissentientibus, si quae sint ac velint.

7. Permittendi celebrationem SS. Missae Sacrificii Feria V in Coena Domini, facta licentia personis habitualiter in Communitate commorantibus sese reficiendi S. Synaxi, etiam ad adimplendum preeceptum paschale.

8. Permittendi Monialibus descensum in Ecclesiam, ut ipsae eam maiori sollertia mundare et decorare possint, exeuntibus prius ab Ecclesia extraneis omnibus, non exceptis ipsis Confessario et Monasterio inservientibus et extra Claustra degentibus; portae illius claudantur et claves Superiorissae tradantur, Moniales vero semper binae sint et porta per quam aditus interior ad Ecclesiam patet, dupli clavi claudatur, quarum una a Superiorissa, altera a Sanctimoniali ab Ordinario deputanda custodiatur et non aperiatur nisi in casibus enunciatis et cum preescriptis cautelis.

9. Permittendi Monialibus egressum e claustris urgente casu operationis chirurgicae subeundae, quamvis non secumferat periculum mortis imminentis aut gravissimi mali, per tempus stricte necessarium, preescriptis debitis cautelis.

Ex S. Congregatione Ritum:

1. Deputandi vicarium generalem vel alium sacerdotem in aliqua ecclesiastica dignitate constitutum ad altaria fixa et portatilia consecranda, servato ritu et forma Pontificalis Romani.

2. Deputandi sacerdotes, si fieri potest in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad altaria fixa et portatilia execrata consecranda, adhibita formula breviori B pro casibus can. 1200 § 2 Cod. I. C.; dum in casu can. 1200 § 1, iam indulta fuit per ipsum canonem facultas et adhibenda est formula A.

3. Deputandi vicarium generalem vel alium sacerdotem in aliqua ecclesiastica dignitate constitutum, ad consecrandos calices et patenas, servato ritu et forma Pontificalis Romani.

4. Quando in Missa Hebdomadae Maioris dicitur »Passio«, pro sacerdotibus qui binas Missas, e speciali Indulso Apostolico obtinendo, celebrent, legendi in una Missa tantum ex Passione postremam partem (Alteram autem die etc.), praemissis »Munda cor meum etc.« — »Sequentia sancti Evangelii secundum (Mattheum).«

5. Benedicendi obiecta pietatis signo crucis, servatis ritibus ab Ecclesia preescriptis. Occasione tamen visitationis pastoralis quando multi petunt, et

plura ac varia exhibent eiusmodi obiecta benedicenda, saepe etiam cum diversis formulis, hisce in casibus, permittitur unica formula brevior, dum fit signum crucis super obiecta, nempe: «Benedicat haec omnia Deus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Amen».

6. Celebrandi Missam de requie lectam semel in Hebdomada ab Ordinario in proprio Oratorio; dummodo non occurrat Festum de praecepto etiam suppresso, necnon Octava privilegiata, Feria Quadragesimae, Quatuor Temporum, II Rogationum, Vigilia aut Feria in qua anticipanda vel primo reponenda est Missa Dominicæ: servatis de cetero Rubricis.

Ex S. Poenitentiaria:

I. Absolvendi quoscumque poenitentes (exceptis haereticis haeresim inter fideles e proposito disseminantibus) a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis ob haereses tam nomine audiente quam coram aliis externatas incursis; postquam tamen poenitens magistros ex professo haereticalis doctrinae, si quos noverit, ac personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac in re complices habuerit, prout de iure, denunciaverit; et quantum ob iustas causas huiusmodi denuntiatio ante absolutionem peragi nequeat, facta ab eo seria promissione denunciationem ipsam peragendi cum primum et quo meliori modo fieri poterit, et postquam in singulis casibus haereses coram absolvente secrete abiuraverit; iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas coram quibus haereses manifestavit, atque illata scandala reparandi.

II. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostatarum, haereticorum aut schismaticorum, apostasiam, haeresim aut schisma propugnantes, aliosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos defenderint aut scienter sine debita licentia legerint vel retinuerint; iniuncta congrua poenitentia salutari ac firma obligatione supradictos libros, quantum fieri poterit, ante absolutionem, destruendi vel Ordinario aut confessario tradendi.

III. Absolvendi a censuris eos qui impediverint directe vel indirecte exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, ad hoc recurrentes ad quamlibet laicalem potestatem.

IV. Absolvendi a censuris et a poenis ecclesiasticis circa duellum statutis, in casibus dumtaxat ad forum externum non deductis; iniuncta gravi poenitentia salutari, et aliis iniunctis, quae fuerint de iure iniungenda.

V. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen dederint sectae massonicae aliquaque eiusdem generis associationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respectiva secta vel associatione omnino se separent eamque abiurent; denuncient, iuxta can. 2336 § 2, personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscriptas noverint; libros, manuscripta ac signa eamdem respicientia, si qua retineant, in manus absolventis tradant, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda aut saltem, si iustae gravesque causae id postulent, destruenda; iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis et obligatione illata scandala reparandi.

VI. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram Regularium utriusque sexus sine legitima licentia ingressi fuerint, necnon qui eos introduxerint vel admiserint; dummodo tamen id factum non fuerit ad finem utcumque graviter criminosum, etiam effectu non secuto, nec

ad externum forum deductum; congrua pro modo culpae poenitentia salutari iniuncta.

VII. Dispensandi ad petendum debitum coniugale cum transgressor voti castitatis perfectae et perpetuae, privatim post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si coniugi supervixerit.

VIII. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione, ac iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto impendimento, dummodo pariter sit absque ulla machinatione, etiam in matrimonii contrahendis; iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Adnotandum. — Ordinarius recensisit facultatibus, tum absolvendi a censuris, tum dispensandi, pro foro conscientiae, etiam extra sacramentalem confessionem et etiam extra dioecesim, quatenus vel ipse vel subditus vel uterque extra dioecesim fuerint, pro grege sibi commisso, ex speciali Sedis Apostolicae auctoritate delegata, uti valebit; easque intra fines dioecesis tantum Canonico Poenitentiario necnon Vicariis Foraneis, pro foro pariter conscientiae at in actu sacramentalis confessionis dumtaxat, etiam habitualiter si ipsi placuerit, aliis vero confessariis cum ad ipsum Ordinarium in casibus particularibus poenitentium recursum habuerint, pro exposito casu impertiri poterit, nisi ob peculiares causas aliquibus confessariis specialiter subdelegandis, per tempus arbitrio suo statuendum, illas communicare iudicabit.

Normae de Taxis.

1. - Nulla taxa exquiratur pro licentia legendi ac retinendi libros prohibitos.

2. - Pariter nulla exigatur taxa pro facultatibus S. Poenitentiariae, quae omnino gratis sunt concendendae.

3. - Quod spectat ad dispensationes et sanationes matrimoniales concedendas, curet Ordinarius, ut nupturientes, qui pares solvendo inventantur, aequam et congruam oblationem, iuxta primum apud Curias legitime inolitam, persolvant.

4. - Taxa exquiri solita pro caeteris indultis - vigore facultatum quae in hoc indice recensentur - sint quindecim libellae.

5. - Pro casuum tamen diversitate, huiusmodi taxae moderandae aut dispensandae erunt, ob paupertatem oratorum, aliasve iustas causas, pro prudenti iudicio ac conscientia Ordinarii.

6. - Summa omnium taxarum et oblationum, quas Ordinarius reapse exegerit, in fine cuiuslibet anni ad S. Sedem, per tramitem S. Congregationis Consistorialis, transmittatur, distincte adnotando partes quae spectant ad singulas SS. Congregationes.

7. - Ipse Ordinarius pro quolibet indulto, etiam matrimoniali ad sensum can. 1056, taxam libellarum quinque adiicere poterit, sibique retinere in sui vel dioecesis necessitatibus erogandam; salvo praescripto N.r. 5.

Facultates additionales S. Congregationis S. Officii:

1. Dispensandi, iustis gravibusque accendentibus causis, cum subditis etiam extra territorium aut non subditis intra limites proprii territorii, super impedimento mixtae religionis, et, etiam super disparitate cultus, ad cautelam; quoties prudens dubium oriatur de collatione baptismi partis acatholicae, quatenus ante nuptias pars acatholica ad veram religionem adduci, aut catholica ab ipsis nuptiis absterrerit nequierit, dummodo prius regulariter ad praescriptum Cod. I. C. can. 1061 § 2, cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et Ipse Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri, scilicet: ex parte nupturientis acatholici de amovendo a parte catholica perversionis periculo, et ab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque acatholicum ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. I. C. can. 1063 § 1, sub poena excommunicationis latae sententiae Ordinario reservatae, a parte catholica incurriendae, iuxta can. 2319 § 1, n. 1^o, stricte caeteroquin servatis quae de parochi in casu agendi ratione statuta sunt in can. 1063 § 2.

Quod si partes actu in concubinatu vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur, et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur, praevia eius absolutione ab excommunicatione contracta, si forte matrimonium attentatum fuerit coram ministro acatholico, eique impositis congruis poenitentiis salutaribus.

2. Dispensandi iustis gravibusque accendentibus causis cum subditis etiam extra territorium, aut non subditis intra limites proprii territorii super impedimento disparitatis cultus (excepto tamen casu matrimonii cum parte iudaica aut mahometana); quatenus sine contumelia Creatoris id fieri possit et ante nuptias pars non baptizata ad veram religionem adduci, aut catholica ab ipsis nuptiis absterrerit nequierit, dummodo prius regulariter ad praescriptum Cod. I. C. can. 1061 § 2, cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et Ipse Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri, scilicet: ex parte nupturientis non baptizati de amovendo a parte catholica perversionis periculo et ab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque falsi cultus ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. I. C. can. 1063 § 1; stricte caeteroquin servatis quae de parochi agendi ratione in casu statuta sunt in can. 1063 § 2. Quod vero attinet ad legitimationem prolis, pree oculis habeatur can. 1051.

Quod si partes actu in concubinatu vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur, et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur.

In reliquis, quod refertur ad publicationes, interrogations de consensu et sacros ritus, sive agatur de impedimento mixtae religionis sive disparitatis cultus, serventur praescripta Cod. I. C. cann. 1026, 1102, 1109; et huiusmodi nuptiis celebratis, sive in proprio, sive in alieno territorio, Ordinarius invigilet ut coniuges promissiones factas fideliter impleant.

3. Sanandi in radice matrimonia attentata coram officiali civili vel ministro acatholico a suis subditis etiam extra territorium, aut non subditis, intra limites proprii territorii, cum impedimento mixtae religionis aut disparitatis cultus, dummodo consensus in utroque coniuge perseveret, isque legitime renovari non possit, sive quia pars acatholica de invaliditate matrimonii moneri nequeat sine periculo gravis damni aut incommodi a catholico coniuge subeundi; sive quia pars acatholica ad renovandum coram Ecclesia matrimoniale consensum, aut ad cautiones praestandas, ad praescriptum Cod. I. C. can. 1061 § 2, ullo modo induci nequeat: dummodo aliud non obstet canonicum impedimentum dirimens, super quo Ipse dispensandi aut sanandi facultate non polleat.

Ipse autem Ordinarius serio moneat partem catholicam de gravissimo patrato scelere, salutares ei poenitentias imponat, et si casus ferat, eam ab excommunicatione absolvat Cod. I. C. can. 2319 § 1, n. 1^o, simulque declareret ob sanationis gratiam a se acceptatam, matrimonium effectum esse validum, legitimum et indissolubile iure divino et prolem forte susceptam vel suscipiendam legitimam esse; eique insuper gravibus verbis in mentem revocet obligationem, qua semper tenetur, pro viribus tutandi baptismum et educationem universae prolis utriusque sexus, tam forte natae quam forsitan nasciturae, in catholicae religionis sanctitate et prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Cum autem de matrimonii validitate et prolis legitimatione in foro externo constare debeat, Ordinarius mandet ut singulis vicibus documentum sanationis cum attestatione peractae executionis diligenter custodiatur in Curia locali, nec non curet, nisi pro sua prudentia aliter iudicaverit, ut in libro baptizatorum paroeciae, ubi pars catholica baptismum recepit, transcribatur notitia sanationis matrimonii, de quo actum est, cum adnotatione diei et anni.

Adnotanda. — 1. In singulis praefatis sive dispensationibus sive sanationibus concedendis, Ordinarius expressam faciat mentionem Apostolicae delegationis (Cod. I. C. can. 1057); et quod attinet ad facultatem sanandi in radice, mens est eiusdem S. Congregationis ut Ipse nonnisi parochos, singulis vicibus, subdelegare possit.

2. Idem Ordinarius in fine cuiuslibet anni referat ad S. Congregationem S. Officii, per tramitem S. Congregationis Consistorialis, de numero et specie dispensationum quas vigore praesentis Indulti Ipse fuerit elargitus.

15.

ALI SE MORE SVETO LETO OPRAVITI DOMA?

So nekatere vrste vernikov, ki sploh ne bi mogli v svetem letu na pot v Rim. Tudi na to so sv. Oče mislili, pa so dotične vrste žvernikov v svoji okrožnici z dne 30. julija 1924 točno naznanili. Naštevajo sledeče vrste:

1. Redovnice, ki imajo slovesne obljube in iz svojih samostanov ne smejo iti ven; zaradi njih velja isto za njihov naraščaj, da, celo za njihove notranje gojenke.

2. Redovnice s prostimi obljudbami, njihov naraščaj, notranje gojenke in vse, ki pri nih služijo.

3. Verniki obojega spola, ki so v ječah ali prisilnih delavnicah.
4. Verniki obojega spola, ki so zares bolni ali vsaj toliko bolejni, da ne morejo v Rim, ali ki po bolnišnicah bolnikom stalno strežijo.
5. Delavci obojega spola, ki si z vsakdanjim delom kruh služijo, pa ne morejo dela opustiti toliko dni, kolikor treba za romanje (8—10 dni).
6. Nazadnje starčki, ki so izpolnili že 70. leto starosti.

Vsi pod številkami 1—6 našteti, morejo dobiti doma odpustke svetega leta pod temile pogoji:

1. Skesano in spokornega srca morajo prejeti zakramenta sv. pokore in sv. Rešnjega Telesa;

2. Moliti morajo: a) po navadnem namenu sv. Očeta, to je povišanje sv. katoliške Cerkve, širjenje svete vere, izpreobrnitev grešnikov, odprava krivoverstva in razkola in mir med krščanskimi poglavarji; b) tem navadnim namenom so pa za letošnje sveto leto papež še tri dodali; molimo naj: a) za stalen mir med narodi, β) da bi se sinovi, ki so odpadli od Cerkve, zopet k njej povrnili, in γ) za sveto deželo, da se ne bi oskrunjevala in ne prišla pod oblast sovražnikov sv. Križa. V te namene morajo moliti šestkrat Oče naš s Češčeno Marijo, enkrat apostolsko vero in Čast Bogu.

3. Namesto obiska štirih glavnih rimskih cerkva, morajo dotičniki opraviti druga dobra dela, kakor jih določi škof. Tako pooblaščen določam:

a) Vse redovnice, njihov naraščaj in gojenke naj vsaka zase ali skupno opravijo enkrat: rožni venec (žalostni del), enkrat sv. križev pot in enkrat litanije vseh svetnikov;

b) oni verniki, ki so v ječah ali prisilnih delavnicah, naj izmolijo štirikrat po pet očenašov in češčenamarij;

c) isto velja za bolnike in bolniške strežnice;

d) delavci obojega spola naj razen navadne božje službe dve nedelji obiščejo katerokoli cerkev in v njej izmolijo žalostni del sv. rožnega venca;

e) starčki nad 70 let stari naj kjerkoli izmolijo štirikrat žalostni del sv. rožnega venca.

Vse spovednike pooblaščam, da vsem naštetim naložena dobra dela zmanjšajo, ako zapovedanih radi telesne slabosti ali iz kakega drugega razloga ne bi mogli opraviti.

4. Vsi našteti morejo odpustke svetega leta dobiti dvakrat, ako vsa našteta dela od 1—3 opravijo dvakrat.

5. Za svetoletno spoved, opravljeno za odpustke, imajo spovedniki pravico in oblast odvezati od vseh grehov in od vseh cerkvenih kazni, razen onih, ki so pridržane sv. Stolici specialissimo modo. Te so naštete 1. v kanonu 2320: *qui species consecrata abiecerit, vel ad malum finem adduxerit aut retinuerit*; 2. v kan. 2343: *qui violentas manus in personam Romani Pontificis iniecerit*; 3. v kan. 2367: *absolvens vel fingens absolvere complicem in peccato turpi, in 4. v kan. 2369, § 1.: qui sigillum sacramentale directe violare praesumpserit*. Razen teh slučajev se tudi ne more dati odveza »ab haeresi formali et externa«.

6. Spovednik, quem monialis sibi elegerit, ima pri jubilejski izpovedi pravico »dispensandi a votis privatis quibuslibet, quae ea ipsa post professionem solemnem nuncupaverit, quaeque regulari observantiae minime adversentur.«

Potem »dispensando commutare« more pri jubilejski spovedi spovednik »vota privata, quibus Sorores votorum simplicium... sese obstrinxerint... factaque commutatione a votorum etiam iuratorum observatione absolvere.«

Gospode duhovnike prosim, da bi te važne določbe dobro premislili, jih vernikom razglasili in se po njih ravnali.

V Ljubljani, dne 17. februarja 1925.

† Anton Bonaventura,
škof.

16.

NADZORNIKI UPRAVE CERKVENEGA IN NADARBIN-SKEGA IMETJA.

Na sinodi smo sklenili, »naj se za gospodarske zadeve cerkva in cerkvenih posestev za vsako dekanijo izbere duhovnik, ki naj bi v določenem času obiskoval vse župnije v dekanatu in njihove podružnice, pregledoval vse stavbe, meje, ustanovne listine in drugo.« (Sinoda III, str. 164.)

Ker se pa množe pritožbe, da se zanemarjajo cerkvena in nadarbinska poslopja in posestva, da se oškodujejo gozdovi, zato naročam gg. dekanom, da v smislu sinode pri prvem duhovskem sestanku odrede izvolitev spretnegra duhovnika, ki bi imenovano nalogo mogel vestno izpolnjevati.

Imena izbranih duhovnikov naj gg. dekani do velike noči prijavijo ordinariatu, da jih potrdi in pooblasti.

† Anton Bonaventura,
škof.

17.

IZPIT MLADIH DUHOVNIKOV V SMISLU KAN. 130.

Za letošnji izpit se določa sledeča tvarina:

I.

Iz dogmatike: De actu fidei eiusque proprietatibus; de necessitate gratiae actualis, eius relatione ad naturam, de dispensatione eius, de iustificationis natura et effectibus formalibus gratiae sanctificantis; de visione beatifica; de sanctitate Christi; de sacerdotio Christi; de divina maternitate B. M. V. deque privilegiis eam sequentibus; de ss. Eucharistiae sacramento, de confessione sacramentali; de contritione et attritione.

II.

Iz biblične vede.

Stari zakon: Uvodna vprašanja v pentatevh in didaktične knjige. — Glavna mesijanska prerokovanja. — Eksegeza prvih 50 psalmov.

Novi zakon: Uvod v evangelije, Apostolska dela in Pavlove pastirske liste. — Eksegeza evangelija sv. Janeza, Apostolskih del in pastirskih listov sv. Pavla.

Na predlog gg. profesorjev eksaminatorjev se bodo vršili v bodoče izpit tako, da pride v prviem letu na vrsto dogmatika, v drugem biblična veda, v tretjem letu moralna in pastoralna teologija ter cerkveno pravo.

Gg. duhovniki, ko so šli l. 1924 v pastirstvo, bodo torej letos delali izpit iz dogmatike.

Izpiti iz vseh treh skupin se bodo vršili v četrtek 1. oktobra 1925 v avlah teološke fakultete (Alojzijevišče).

18.

NOVOMAŠNIKI L. 1925.

V mašnike bodo posvečeni letos sleči kleriki-bogoslovi ljubljanske škofije: Viljem Cunder z Ježice, Franc Glinšek iz Sv. Križa pri Kostanjevici, Franc Jeraša od Sv. Lenarta nad Škofjo Loko, Leon Kristanc iz Senčurja pri Kranju, Matija Lamovšek iz Kostanjevice, Julij Slapšak iz Leš, Franc Studen iz Trstenika.

V smislu določila kan. 998 c. z. naj se v vseh župnih in samostanskih cerkvah gori navedeni novomašniki razglase s prižnice vernikom in sicer v nedeljo 15. marca 1925, s priporočilom, naj verniki goreče molijo za novoposvečence, da bi postali in ostali duhovniki po Sreu Gospodovem.

Višje redove bodo prejeli: subdiakonat 22. marca, diakonat 29. marca, presbiterat 29. junija 1925.

19.

RAZNE OBJAVE.

Duhovsko podporno društvo. Ker se širi napačno mnenje, da nadomešča duh. podporno društvo škofijski podporni zaklad za obolele duhovnike v dušnem pastirstvu (Škofijski list 1922, str. 40, in 1924, str. 34), opozarja ordinariat, da se z imenovanim zakladom namerava v prvi vrsti omogočiti dušno pastirstvo v slučajih, ko oboli dušni pastir in si mora iskati namestnikov, pa si jih z lastnim imetjem ne more preskrbeti. »Duhovsko podporno društvo« pa je poleg tega zaklada, ki ga upravlja škofijsvo, še vedno in zmeraj bolj potrebno, da more podpirati onemogle, bolne in ubožne člane (§ 4. društvenih pravil). Zato ga ordinariat iznova toplo priporoča.

Škofijski list. Naročnina za »Škofijski list« in prilog »Voditelj Marijinih družb« je ista kakor za l. 1924, to je 50 + 10 Din = 60 Din.

Na to se župni uradi iznova opozarjajo, ker več župnih uradov ni poslalo pravih zneskov.

Mnogo župnijskih uradov še dolguje naročnino za Škofijski list 1924 ali za prilogo »Voditelj Marijinih družb«, ki je obvezna za vse, za katere je obvezen Škofijski list.

Zamudniki naj dolgove brez odlašanja poravnajo. Že lani (Škof. list 1924, št. 16) se je opomnilo, da mora ordinariat tiskarni sproti plačevati.

Statistični podatki o rojstvih, porokah in umrlih v letih 1910—1924.
Delavska zbornica v Ljubljani ima izgotoviti statistiko o rojstvih, porokah in o umrlih za dobo 1910—1924. Prosila je za tozadevne matične podatke. Matični uradi naj zato zanesljivo do konca marca t. l. semkaj sporoče število rojenih, porok in umrlih za leta 1910 do vključno 1924.

20.

RAČUN

Duhovskega podpornega društva za leto 1924.

D o h o d k i .

Prebitek konec 1. 1923	.	Din 12.578·84
Obresti	.	„ 856·92
Darovi:		
Zadružna zveza	.	Din 2.500—
Gospodarska banka	.	„ 2.500—
Ljudska posojilnica	.	„ 800— „ 5.800—
Članarina	.	„ 3.040—
Najemščina v Bohinju	.	„ 8.000—
	Skupaj	Din 30.275·76

S t r o š k i .

Dopolnilna prenosna taksa za l. 1924	.	Din 212—
Davek od prometa leta 1923	.	„ 211—
Podpore	.	„ 13.200—
Upravni stroški	.	„ 220·95
Za 12 sv. maš	.	„ 180—
Stroški v Bohinju:		
Hišno-razredni davek	.	Din 1.478·29
Klepar	.	„ 480—
Krovec	.	„ 431—
Oboj verande	.	„ 240—
Poprava škarpe in kopališča	.	„ 5.370·71 „ 8.000—
	Skupaj	Din 22.023·95
Ako primerjamo dohodke	.	Din 30.275·76
s stroški	.	„ 22.023·95
ostane v blagajni 1. januarja 1925	.	Din 8.251·81

Imetje Duhovskega podpornega društva konec leta 1924 je bilo:	Din 8.251.81
Prebitek v gotovini	" 2.775—
Obligacije	" 1.675—
20 delnic »Uniona«	" 29.425.70
»Matica« v Ljudski posojilnici	
Skupaj . . .	Din 42.127.51

V Ljubljani, 15. februarja 1925.

Dr. Jos. Lesar, t. č. predsednik.

21.

SLOVSTVO.

Kinderseelsorge. Von Mich. Gatterer S. J., Professor an der Universität Innsbruck. Innsbruck. Verlag von Fel. Rauch, 1924. (Str. VIII + 233; cena Din 60). — Dušnopastirska skrb za otroke je posebno poglavje v katehetiki. To poglavje je avtor razširil v celo knjigo in obdelal v njej podrobno in temeljito načela, po katerih naj dušni pastir skrb za otroka še pred šolsko dobo, kako naj ga potem vzgaja euharistično, uči moliti in hoditi k sv. maši, kako naj ga zgodaj vodi k sv. obhajilu, pripravlja na izpoved in sv. birmo, kako naj ga povede iz šole v življenje, iz otroških let v mladeničko, dekliško dobo. Knjiga je pisana s toplim čuvtvom, v prijetnem slogu in zelo praktično. Zlasti lepo je poglavje o molitvi in o sv. pokori. Razlaga sv. maše pa morda ne bo vsakemu ugajala. — Knjigo priporočamo katehetom in vsem dušnim pastirjem. — F. U.

22.

KONKURZNI RAZPIS.

Z okrožnico z dne 4. februarja 1925, št. 619, je bila razpisana župnija Ihan do 28. februarja 1925.

23.

ŠKOFIJSKA KRONIKA.

Podeljena je župnija Goriče Alojziju Železny, župniku v Ihanu; župnija Babno polje Francu Kanduču, upravitelju imenovane župnije, ki je bil umeščen dne 19. februarja 1925.

Katehetske zadave. V pokoj je odšel konzist. svetnik dr. Franc Pernè, profesor-veroučitelj na I. drž. gimnaziji v Ljubljani. Za suplenta-veroučitelja je bil imenovan dr. Alojzij Zupan, učni prefekt duh. semenišča v Ljubljani.

Umrl je Janez Jelenec, župnik v pokolu, dne 27. februarja 1925 v hiralnici sv. Jožefa v Ljubljani, v starosti 59 let. — N. v m. p.!

Škofijski ordinariat v Ljubljani, 5. marca 1925.

Vsebina: 14. Seznam petletnih škofovih fakultet. — 15. Ali se more sveto leto opraviti doma? — 16. Nadzorniki uprave cerkvi, in nadarb. imetja. — 17. Izpiti mladih duhovnikov. — 18. Novomašniki l. 1925. — 19. Razne objave. — 20. Račun Duh. podp. društva za l. 1924. — 21. Slovstvo. — 22. Konkurzni razpis. — 23. Škofijska kronika.

Izdajatelj šk. ordinariat. — Odg. urednik Josip Destal. — Natisnila Jugosl. tiskarna.